

Scientia: "scientia est de necessariis"

1. Sunt elementa necessitatis tum in nostra scientia tum in iis quae nobis sunt scibilia.

Quae tamen elementa adeo parva totius pars existunt ut assertum melius omittitur, pace Aristotele.

2. Leges rerum naturales possent esse aliter: lex gravitatis est acceleratio ~~constantis~~ constantis; sed posset esse acceleratio non constans, et nulla sequeretur contradictio.

Dices: est necessitas physica; suppositis rerum naturis, habetur haec lex et non alia.

Videtur hoc ad verbalismum reduci: supposita legem esse accelerationem constantem, necessario est acceleratio constans.

Nisi enim haec lex ponitur in definitione gravitatis, ex natura gravitatis non deducitur.

3. Leges normativae (logica, moralis) sunt necessariae.

Ita tamen ut violari possint, inquantum homo a rationabilitate sive iudicii sive actionis recedit.

4. Deus est ens necessarium, et sunt attributa divina necessaria.

Sed Deus a nobis hac in vita cognoscitur ex effectibus; ipsi effectus contingenter existunt; et nos ex effectibus ad Deum concludimus argumento certo et valido

Tamen omne principium analyticum supponit iudicia ^{necessario sequitur} particularia vera de ~~ex~~ particularibus et contingenter existentibus. ^{hinc non est} Quae iudicia fiunt contingenter pro sapientia autem que. n

Unde habetur elementum contingens in nostra cognitione de Deo necessario.

5. Id quod semper et in omnibus verificatur est: "scientia est de intelligibilibus" ^{non est} "scientia de ^{deca} quod jacent lapides in fluvio"

Alia intelligibilia sunt necessaria

Alia autem sunt convenientia

Qui supponit scientiam qua scientiam esse de necessariis, negat scientiam ullam esse de convenientibus

Unde omnem scientiam negat de genesi, evolutione, historia; de habitudine naturae ad gratiam, rationis ad fidem, &c.